

extulit, flagranti nimirum Evangelij admiratione incitatus, sed sic tamen, c. Ut tacite obiectio occurrat. Nam quia multum decessit doctrinae quae suspecta est novitatis, fidem Evangelij stabilit ex vetustate: ac si diceret, Christum non in terras subitum descendisse, aut novum doctrinae genus & prius inauditum importasse. Siquidem ipse cum suo Evangelio promissus ab exordio mundi fuit & semper expectatus. Et, quia fabulosa est saepe antiquitas, adiungit testes, & eos quidem classicos, nempe Dei Prophetas: b. Quo nomine omnes sacri scriptores vocantur. Dei enim interpretes sunt, qui in scriptura Spiritu sancto scripserunt. c. Tertio addit, eorum testimonia tunc esse consignata, nempe IN SCRIPTURIS SANCTIS. a. Qua particula excluduntur ethnicorum Prophetarum, nosque ab illis advocamus: qui tamen afflati diuinitus per aerae vera etiam de Christo praedixerunt, sed multa admiscuerunt ex parte invidiarum, cui merebant. b. Scripturas sanctas vocat, solae enim veritatem illibatam & deum absque vili admixtione erroris docent, totae ubique Spiritum S. auctorem testantes, quum omnibus scriptis aliis quamlibet eximii & diuini ple. aequae insint humanitas. c. Porro ex hoc loco colligere licet quid sit Evangelium: quod non a Prophetis promulgatum fuisse, sed promissum tantum docet. Ergo si Prophetarum Evangelium promittebant, sequitur manifestato tantum in carne domino exhibitum fuisse. Falluntur ergo qui promissiones cum Evangelio confundunt: quum proprie Evangelium sit solenne praeconium manifestati Christi, in quo promissiones ipsae exhibentur. b. Deinde haec omnia pretium Evangelij nobis commendat, & dignam excitare aduersus dominum gratitudinem debet, quibus nimirum illud tam benigne ille impertit, luce profecto ampliore quam multis retro seculis. Beati oculi qui vident, & aures quae audiunt quae vos videtis & auditis. Amen dico vobis, multi reges & Prophetae optarunt videre & audire quae vos videtis & auditis, nec est eis datum, Matth. 13. b. 16. & Luc. 10. d. 24. m. Monet etiam Paulus hoc loco, ne sine testimoniis Scripturae diuinae dogmata recipiantur, ut verae Ecclesiae sententias requiramus, & veram Ecclesiam a falsa discernamus.

3. De Filio suo, qui ¶ genitus fuit ex semine Dauid secundum carnem.

DE FILIO SVO QUI GENITVS FVIT EX. m. Opponit & hanc particulam vulgaribus Iudaeorum persuasionibus. Iudaei expectabant Messiam qui non esset natura Filius Dei, sed tantum homo ceteris prophetis similis, hoc est, antecellens vulgus sapientia, iustitia & felicitate in rebus terrenis, ut facile orbis imperium occuparet. At Patres & Prophetae norant Messiam esse Filium Dei, tunc quoque ipsos gubernantem & iuuantem. Angelus (inquit Iacob) qui ei praeiit me ex omnibus malis, benedicat his pueris, Genes. 48. c. 19. ubi significat se loqui de liberatore quem norat promissum esse. Nam huius proprium munus est liberare ab omnibus malis. c. Insignis ergo hic locus est, quo docemur totam Evangelium in Christo contineri, ut qui a Christo pedem vult dimouere, ab Evangelio se subducatur. Nam quum ipse vita sit & expressa imago Patris, non mirum est, eum solum nobis proponi, ad quem se tota fides nostra applicet, & in quo consistat. Est igitur quaedam Evangelij descriptio: qua designat Paulus quid in ipso summam comprehendatur. In eodem casu reddimus voces quae sequuntur versu 4. Iesu Christo domino nostro, quod hic contextus magis congruere videbatur. Unde constitutum est, eum qui in Christi cognitione profecerit, quicquid ex Evangelio disci potest consequatur esse: sicut de conuerso, qui extra Christum sapere appetunt, non desipiunt modo, sed penitus insaniunt. QUI GENITVS FVIT EX SEMINE DAVID. c. Nam duo sunt in Christo querenda, quo salutem in ipso reperimus, diuinitas & humanitas. Diuinitas in se continet potentiam, iustitiam, vitam quae per humanitatem nobis communicantur: quare utraque in Evangelij summa nominatim posuit Apostolus, quod exhibitus in carne Christus fuit, & in ea Filium se esse Dei declarauit. Quemadmodum & Iohannes, postquam Sermonem factum esse carnem dixerat, subiungit extitisse gloriam quasi vnigeniti filii Dei. in carne ipsa, Ioh. 1. b. 14. EX SEMINE DAVID. m. Hic locus refutat Manichaeos & plerisque alios, qui humanam naturam Christo dixerunt, aut negarunt acceptam esse ex sanguine matris Virginis. b. Hoc etiam reuocat nos ad promissionem, ne dubitemus hunc ipsum qui promissus fuit. e. Nam celebris adeo factus Dauidi de Christi nomine Filius Dauidis diceretur: quod ex Evangelij historia satis liquet, quae commemorat eos qui Dominum confiteri & salutem Christum volebant, Filium dauidis vocasse, Mat. 9. c. 27. & 15. c. 22. c. Hoc ergo ad certitudinem fidei nostrae spectat, Christum a Dauid esse ortum: b. Quo etiam significatur, eum semen illud & Filium Abraham esse, per quem totum hominum generi diuina beneuolentia conciliari debuit. SECUNDVM CARNEM. c. Hoc addit ut intelligamus ipsum habere aliquam carnem superius, quod a Dauid non fuit. Porro his verbis non modo veram carnis essentiam Christo asserit Paulus, sed humanam in eo naturam a diuina clare distinguit, atque ita refutat impium Serueticum delitium, qui carnem affinxit Christo ex tribus increatis elementis compositam.

4. Qui declaratus fuit Filius Dei ¶ cum potentia secundum Spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit a mortuis, Iesus Christus Dominus noster.

QUI DECLARATVS FVIT. m. Nunc conuenitur de diuina Christi natura, dicens illum declaratum, aut (si mauis) definitum esse Filium Dei, Sicuti habetur. Psal. 2. b. 7. Ego hodie genui te. Nam genitura illa ad notitiam refertur. CVM POTENTIA SEC. SPIR. Hoc est, per certam suam potentiam, quum a mortuis resurrexit: quae potentia comprehenditur dum cordibus obsequatur per Spiritum. Nam per Spiritum intellexit Paulus illuminationem, qua fides diuinam potentiam in Christi resurrectione perspicit. Quod vel ex eo patet quod sanctificationis opus expressit. Scriptura enim Spiritum Dei epithetis notare saepe solet praesenti argumento accommodatis. Sic vocatur a Domino Spiritus veritatis ab effectu de quo ille loquebatur. Ioh. 15. d. 26. r. Omnes igitur in quorum cordibus Spiritus Dei operatur, facere coguntur Christum esse Filium Dei: Deum iustum, Christum esse iustitiam: Deum misericordem, Christum misericordiam: in summa Christum esse quicquid Deus est. c. Porro diuina potentia ideo in Christi resurrectione effulset dicitur, quod sapienter virtute resurrexit: ut testatur est aliquos esse, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud, Ioh. 2. c. 19. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumens eam, Ioh. 18. Nam de mor-

te (cui pro carnis infirmitate cesserat) victoriam, non precatio auxilio, sed celesti Spiritus sui operatione adeptus est.

5. Per quem accepimus gratiam & Apostolatam, ut obediatur fidei in omnes Gentes, ¶ super ipsius nomine.

PER QUEM ACCEPTVMVS. P. Etsi supra se nominat Apostolum, ac dicit segregatum seu delectum esse ad munus docendi Evangelij, tamen non dixerat nominatum se a Christo vocatum esse. Quare hic, c. post finitam Evangelij descriptionem, (quam pro munere sui commendatione interse-ruit) m. nominatum adiicit, se per eum accepisse gratiam: (c. Hoc est, gratitutum Apostolatam, seu gratiam Apostolatam, per hypallagen (& significat id totum esse beneficium non suae dignitatis, quod cooperatus sit in tantum ordinem. Nam etsi coram mundo nihil fere habet praeter discrimina, labores, odia, infamiam: apud Deum tamen & sanctos eius non est vulgaris dignitatis. Merito igitur gratiae loco habetur. Si mauis, dicere: Accepi gratiam ut essem Apostolus, id est erit. n. De hac gratia id Paulus alibi concionatur. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec: in Gentibus euangelizare imperuestigabilem copiam Christi, Eph. 3. b. 8. UT OBEDIATUR FIDEI. Hec obedientia bifariam intelligi potest: pro ipsa fide, & pro ea obedientia qua se homines ex fide Christo Domino in omnibus permittunt, & sunt dicto audientes. Ad quem modum loquitur alibi de obedientia, dicens: Ad hoc. n. scripsi vobis ut cognoscere quam sitis probati, & an per omnia obedientes, 2. Cor. 2. c. 9. Item, Captiuantes omnes intellectum in obedientiam Christi, & in proprio habentes vicium omnem inobedientiam, quando perfecta fuerit vestra obedientia, 2. Cor. 10. b. 5. INTER OMNES GENTES. c. Hoc est: Accepimus mandatum Evangelij ad omnes gentes perferendi, cui ille per fide obediatur. A sine suae vocationis Romanos vicissim officii admonet, q. d. Meum quidem est exequi munus mihi demandatum, quod est verbum annuntiare: vestre a. partes, auscultare verbo cum omni obedientia, nisi vultis irritam facere vocationem quam Dominus mihi imposuit. Unde colligimus eos cum Domini dispensatione pugnare, qui Evangelij praedicationem irreuerterent & contemptum respuunt, cuius finis est nos in Dei obsequium cogere. c. h. a. Praeterea hic videmus, Apostolorum esse simpliciter annuntiare quae a Domino acceptum: persuadere a. animo, opus Dei esse: tum fidei esse, simpliciter amplecti, quae verba Dei asseruntur, citra seiscitationem & curiosam vestigationem. c. Nam fides nomine obedientiae ideo insignitur, quod Dominus per Evangelium nos vocat nos vero per fidem vocanti Domino respondemus: sicuti contra omnis aduersus Deum contumaciae caput est infidelitas. SUPER IPSIVS NOMINE. c. Vel, pro nomine. Hoc exponunt quidam, quod vice Christi constitutus fuerit Paulus ad Evangelij praedicationem: secundum illud, Pro Christo legationem fungimur, 2. Cor. 5. d. 20. Rectius alii, q. nomen accipiunt pro notitia, quia in hoc praedicator Evangelium, ut credamus in nomen Filii Dei, Ioh. 1. b. 12. Et Paulus ipse dicitur organum electum ut nomen Christi portet inter Gentes, Act. 9. c. 15. Pro nomine ergo tantumde valet ac se dixisset: Ut manifestem qualis sit Christus.

6. Quarum de numero estis & vos, vocati Iesu Christi.

QUARVM DE NUMERO. b. Tempus aduenit ut iis quoque qui longe fuerant Deus se communicaret, ut se Gentium quoque Deum declararet, ut Evangelium salutis omni creaturae annuntiaretur. c. Porro commune habent mandatum Apostoli de praedicatione Evangelio per vniuersum orbem, neque certis Ecclesiis (ut Episcopi & pastores) praeficiuntur. Paulus autem praeter generalem Apostolicam functionis prouinciam, Evangelij inter Gentes promulgandi minister fuit speciali iure constitutus, b. ut ipse testatur, Gal. 2. b. 7. Iudaeis quidem primum suum Evangelium obulit, neque id sine fructu: verum constitutus tamen erat, ut ex Gentibus potissimum Christi regno adduceret. Ad has praecipua virtute valebat: quod in eo & primores Apostoli Hierosolymae agnouerunt, Gal. 2. b. 7. Hinc est quod se vocat praedicator, doctorem & Apostolum Gentium, infra, 11. b. 13. & 2. Timoth. 3. b. 7. & 2. Timoth. 2. cap. 11. c. Nec obest quod veritus est transire per Macedoniam, & loqui verbum in Mysia, Act. 16. b. 7. Quod factum est non quod illi certi fines limitarentur: sed quia pro tempore alio properandum erat, illic nondum matuerat Messis. Ut enim omnia Deus certissima ratione & condidit & gubernat, ita infallibili quoque decreto statuit & delegit quos vult ante aeterna mundi fundamenta, Ephes. 1. a. 4. Hos quum visum est vocat per eos quos nominatum ad id designauit. VOCATI IESV. c. Hoc per declarationem accipitur, ac si intercederet dictio Nempe. Significat enim esse Christi participes per vocationem. Nam & in Christo eliguntur filij Dei a Patre: & electi in eius tanquam pastoris custodiam ac fidem committuntur, Ioh. 10. c. 29. & 17. b. 6.

7. OMNIBVS QUI ROMAE. r. Salutatio est affectibus ardens, ut sunt Apostoli huius omnia. Eo vero quod ait Omnibus, expressit quam late sua in Romanos charitas patebat, quam effuso eos animo complectebatur, nemini eorum non addictissimus. Ad idem facit quod dicit. QUI ESTIS ROMAE: Nec. n. indigenis tantum & ciuibus, sed quicunq; tum Romae agebant etiam peregrinis (quorum ingens semper turba erat) studere se voluit testari. DILECTIS DEI. c. Pulchro ordine demonstrat quid sit in nobis commendatio dignum. Primum quod nos dominus sua benignitate susceperit in gratiam ac dilectionem: deinde quod vocauerit, ne qui sibi meritum fingat: tertio quod vocauerit ad sanctitatem. c. Quae demum commendatio locum habet si vocationi nostrae non desimus. Hic vero suggeretur vbertima doctrina, quam breuiter perstringentes singulis meditantam relinquitimus. Certe penes nos salutis nostrae laudem non statuit Paulus, sed ex fonte grauitate dei & paternae erga nos dilectionis totam detinet. Hoc enim principium facit quod nos deus amet. Quae potro illi amoris causa, nisi mera sua bonitas? Hinc & vocatio depedit, qua suam adoptionem in iis quos prius gratis elegit, suo tempore obligat. v. Itaque sanctos vocat fideles, sanguine Christi iustificatos, & ad sanctimoniam vitae vocatos. Vulgus hodie sanctos putat qui reuera diui sunt. Hinc in symbolo nescit quid veteres voluerint quae statim post Ecclesiae mentionem adiecerunt sanctorum communionem. Dicuntur autem fideles sancti, non quod hoc fuerint antequam vocati, sed ideo quod sancti effecti sunt quia vocati. Caeterum & hinc colligimus, nullos se rite fidelium numero aggregare quia dominum sibi beneuolentem esse certo confidant (licet immeritis ac miseris peccatoribus) & eius bonitatem aspirant ad sanctitatem. Non. n. ad immunditiam nos vocauit, sed in sanctificationem, 1. Thes. 4. b. 7. GRATIA VOBIS ET PAX. m. Primum operat eis gratiam

Al. Pro  
ipf. nomi-  
ne Gen.  
Nominis  
eius cau-  
sa.

Al. 74.  
3m.

Al. 74.  
fenter.

AS, CA.

hetas suos in Scrip...